

Επεργάσθη

DISSERTATIO PHYSICA,

De

TERRÆ MOTU,

Quam

Suffragio Amplissimi Senatus Philoseplici, in Regio Illustrè
Atbenæ Abutensi,

PRÆSIDE

DOMINI CAROLO FRID.
MENNANDER,

Scient. Nat. PROFESSORE Reg. & Ordin.

Publicae desquisitioni modeste submittit

Ad diem XVIII. Novembris Ao. MDCCXLVII.

C A S P A R B Æ C K ,

O S T R O B O I N I E N S I S .

In auditorio maximo, horis ante meridiem solitis.

A B O A E ,

Excud. JOH. KÆMPE, Reg. Acad. Typ.

S:æ R:æ

MAGNÆ FI.

Reverendissimo PA.

UT ODI N. JOHANNI

Inclitæ Dioecesos Borgoënsis EPISCOPO eminen-
tissimi Scholarumque AN-

MÆCENATI

Ignoscas, Reverendissime Domine, quod meletemata hec ju-
nos pro Ecclesiæ & Reipublicæ incolumentate ducis. Au-
cellentia, qua omnes in hocce Arctœ gentis Lyceo, studiis Ca-
Tui, & quounque affinitatis jure Te, Reverendissime Domine
Ostrobothnia inde superbit, quod natale Tuum sit solum,
brum impense sibi gratulatur de Te, PROMOTORE literarum
me quidem perspectum habeo, eam esse sapientiae Tuae fa-
se se fecisse existiment viri eruditæ, si suam industriam Tu-
mumus, solum materiae sublimitate & offerentis pietate
Accipias tamen illud, Reverendissime Domine, in perpetue
devoto animo, precibus ad Deum fuis, pro perenni Re-
verendissime Domine, in Reipublicæ & Ecclesiæ emola-
literaturum fulcrum tutissimum diu superstes! Five in No-

REVERENDISSIMI PA-

De votis

CASPAR.

Majestatis
DEI VIRO,
TRI ac DOMINO,
NYLANDRO,
tissimo, Ven. Consistorii PRÆSIDI gravissimo, Gy-
TISTITI vigilantissimo.

SUMMO.

venilia Tuum subeant conspectum, & eos turbent circulos,
sui huic humillimo veniam sperare jubet Tui favoris ex-
menarum rite operantes amplecteris, quamque populares
mine, attingentes, sibi in primis pollicentur. Sicut enim
ita quoque quodvis nostræ gentis studiis sacratum mem-
cordatissimo, & popularium MÆCENATE gravissimo. Opti-
mam, per orbem hyperboreum, ut sat magnos progressus
probaverint judicio. Scio præterea, tere hocce chartaceum
commendabile, Tue profunditati nullo modo respondere,
pietatis & obsequii arrbam. Meum erit, quoad vixero,
verendissimi EPISCOPI incolumente agere excubias. Vive,
mentum d'utissime felix! Vive in artium literiarum &
bilissime Familiae & clientum Tuorum solatium certissimum!

TRIS & EPISCOPI

mus c̄liens,

BÆCK.

MAXIME REVERENDO atque AMPLISSIMO
Dn. SAMUELI PÆYGÆ/

S. Theologiæ PROFESSORI ad hanc Regiam Academi-
am dignissimo , utriusq; Consistorii Adseflori gravissi-
mo , Pastori in Ecclesia Pemar longe meritissimo.
MÆCENATI MAGNO.

Beneſtiorum immenſor nemini novis inviſus eſt. Qua-
ſua precordia mens , loco ſabineo erumpendi ſibi relati-
nigiffimo vero adſpicite vultu diſterratiunculam levi miner-
indictum oſtenturo , nibil aliud ſuperſit , quam charracemus
ſec qualescunq; Nominibus Peſiris conſecratus. Mearum
pare ardentiffima. Servet Vos , Promotores ſupremum Na-
crum exoptatiff-

MAXIME & ADMODUM REVERENDO

Cultor
CASPAR

ADMODUM REVERENDO atque PRÆCLARISSIMO

Dn. ISAACO ERVAST,

Pastori in Rienti dignissimo, ut & adjacentis di-
strictus PRÆPOSITO adcuratissimo, Fautori qvovis ho-
noris cultu æternum prosequendo.

propter pietatis & officii esse venerabundā estimavit intrā
clo, summam venerationem ferventis animi prodere. Be-
na adambratam. Cum enim mibi, grati erga vos animi
bocce munus, benignissimo accipiatis vultu cogitationes ha-
erit partium, pro Festa prosperitate semper vota nuncia-
men in Ecclesia Christi emolumendum & literatorum ful-
mum! vovet

RUM NOMINUM VESTRORUM,

humillimus,

BÆCK.

Viro Amplissimo atque Consultissimo,
Dno. MARTINO POLVIANDRO,
Judici per Ostrobotniam borealem territoriali
qvissimo, Patrono & Fautori propensissimo.

Plurimum Reverendo atque Clarissimo Viro,
Dno. JACOBO GARVOLIO,
Pastori in Sikajoki meritissimo, Fautori certissimo.

Plurimum Reverendo atque Clarissimo Viro,
Dno LAURENTIO BACKMAN,
Pastori Soikkamoënsium dignissimo, ut affini & so-
brino æstumatissimo, ita Fautori indulgentissimo.
Fide & Integritate Spectatissimo Viro,
Dno. CHRISTIANO ZIMMERMAN,
Regiorum Redituum, per septentrionalem Uloaburgi
præfecturæ partem, administratori solertissimo, af-
fini honoratissimo.

Spectatissimo Viro,
Dno. LAURENTIO FORBUS,
Civitatis Uloënsis Consiliario Ispectabili, affini & so-
brino æstumatissimo.

Si datam illam occasionem, qua erga fautores optime de se
etum venerabundum, silendo pretermitterem, vacuu
gitationes, conatumque meorum primitas, nullo etsi ele-
beneficiorum, partim sanguinis necessitate mihi conjunctis,
ra. Late ergo his pagellis facilem accessum. Concedite,
ris benevolentie fortunans

Amplis Plurimum Reverendorum &
Serbus obser-
CASPAR

Plurimum Reverendo atque Christissimo Viro;
Dno. M. g. GUSTAVO FABRICIO,
Pastori Ecclesiarum, in parochia Ijoensi Deo collis-
gendarum, adcuratissimo, Fautori & Evergetæ
exoptatissimo.

Viro Spectatissimo atque Consultissimo,
Dno. JONÆ MOLIN,
Consuli Civitatis Uloënsis dexterimo, comitorum
h. t. membro vigilantissimo, Patrono optimo.

Plurimum Reverendo atque Clarissimo Viro,
Dno. SAMUEL WACKLIN,
Pastori in Laihela meritissimo, Fautori propensissimo;

Spectatissimo Viro,
Dno. ZACHARIÆ WACKLIN,
Consiliario inter Uloënses honoratissimo.

Spectate doctrina & integritas Viro,
Dno. SIMONI NYLANDRÖ,
Civi inter Uloënses honoratissimo, affini carissimo.

meritos, Musarum sectatores publice solent declarare affe-
ctere omni pietate censeret. Quapropter hasce exiles co-
gantioris literatura sale conditas, Vobis, Fautores, partim
sacrandas judicari, ut sint pietatis monumentum & tesse-
ut Nominibus Vestris illustrentur. Favete in spem ulterio-
Vobis commendanti suam.

Spectatissimorum Nominum Vestrorum
vantisimus
BÄCK.

Min Högtårade käre Fader.

Herr JOHAN BÆCK

Gom uti jordens fann / och under hennes yta /
Plå samlas ämnen hop af allehanda flag;
Der vårunas/ dånas ut/ och söka lust och dag/
Gant ur sic dälda diup sig fram med styrcta bryta;

Så rörs mitt innre af en wördsam kärleks låga/
Den Eder gunst/ MIN FAD/ Er wärd och ömhet
wäckt;
Hon länge legat har uti sin mörja täck/
Men för offentlig dag utbrista nu vil våga.

Den eld vr tacksam hog sig himmels högt uplyftter/
Ty då Chr godhet jag ej wedergälla kan/
Om fällhet för min Far jag honom ropar an/
Som giort och råder alt / i Himmel/ haf och klyfter.

Min Högtårade käre Faders/

Ödmjuk och lydigste Son
C. BÆCK.

Handelsmannen i Ulo stads
Högwålachtad
Hr. JACOB FORBUS,
Högtårade Frände.

Handelsmannen i Ulo;
Högwålachtad
H SVEN SANDMAN,
Högtårade Gynnare.

GDer/ Gynnare/ i händer
Gifves hår en liten skrift;
Den jag skrifvit om de ländar
Dir af underjordisk drift
Jorden båfvar. Men jag beder/
Mine Wänner/ tagen thet
Gunstigt/ kårligt / jag Ehr hedrar
Til min graf bewisa wet.


Mine Högtårade Gynnares

Gårsamste tienare
CASPAR BÆCK.

SENECA.

Non homines tantum, qui brevis & cader-
ca res nascimur, urbes oraque terrarum &
ipsum mare in servitutem fati venit. Quo er-
go nobis permanstra promittimus bona fortana,
& felicitatem, cuius ex omnibus rebus huma-
nis velocissima est levitas, habituram in aliquo
pondus ac moram credimus? Perpetua sibi o-
mnia promittentibus in mentem non venit, id
ipsum, supra quod stamus, stabile non esse.

CASPAR BUCH



PRO OLEM I U M.

Globum huncce terraqveum, qvem in colimus, animo perscrutanti facile apparet, tot eundem mutationibus, iisque insignibus fuisse obnoxium, ut iisdem omnibus recensendis & explicandis vires humanæ neutiqvam sufficiant. Mutationes tantum aliquas notabiliores, in præsenti nominasse & indicasse ab instituto non erit alienum. Ita primam subiit orbis vicissitudinem, dum, maledictione post lapsum, fundi calamitas inducebatur hominibus, & territorium reddebatur civibus rebellibus conveniens. Deinde in diluvio illo universali haud exigua evenit mutatio, dum partes illius disolutæ, laceratæ, commixtæ fuerunt, qvarum alterationum manifesta vestigia, & naufragii istius stupendi rudera, in superficie terræ, ejusque gremio, adhuc supersunt, inter qvæ petrificata haud ultimuni occupant locum. Præ-

A ter

ter has geocosmi miserrimas vicissitudines, partiales etiam, quemadmodum ex historiis notum est, acciderunt; adeo ut certi terrarum tractus fuerint inundationibus obruti. Ita de Deucalionis diluvio veteres, de Cimbrico *Florus*; de Hollatico recentiores loquuntur. Insulam Atlanticam aquis submersam Plato narrat, idem fuisse Frislandiae & Groenlandiae fatum, multi opinantur. Ex adverbo quoque certum est, littora multis in locis augeri & protendi, & nunc terram esse firmam, ubi olim navigabatur. Sic insula Pharos terrae continentis juncta jam est, olim unius diei maritimo itinere inde distans. In Italia Ravenna antiquitus juxta mare Adriaticum sita fuit, quæ nunc ex millaria Italica inde remota est. Idem accidit in carissima nostra patria (a). Præcipue autem hoc cernitur in Sinu botnico, ubi terra adeo insigniter accrevit, ut ibi nunc incolæ annuatim sœnum colligant, ubi patrum memoria retias pisci-

(a) A. Celsius i Svensta wet. Academiens handlingarne 1743. I. quart. & O. Dalins Svea rikes historia, I. d. I. cap.

piscibus tendebantur. Qvænam vero sit hujus immiuationis aquæ cauſa, an illa, qvod olim mari Baltico non patuerit ſemet in mare septentrionale exonerandi via, ob cohaſionem Fioniae cum Jutia, & Seelandiæ cum Scania, vel ob arctiores ibi tum, qvam hodie alueos, qvod ſuſpicatur *Hiernius* (b), vel alia aliqua, res eſt altioris indaginis, nec nostri in praefentia instituti. De ortu porro & interitu monitum, lacuum, stagnorum, paludum, varia proſtant reſtimonia. In ſubterraneis vulcani, aër & aqua, variisque vaporess & exhalationes, varias easque ſtupendas mutationes producere poſſunt. A reliqvis terræ mutationibus recenteſtis abſtinemus, & in terræ motu conſiderando ſubſtitimus, de qvo brevem in praefenti opella exhibemus tibi. b. l. tractationem.

§. I.

Quo phænomena illa, qvæ circa terræ motus obveniunt, poſſint rite cognosci, & deinde ex iis cauſæ eorum elici, neceſſarium eſt, ut ex historia priſci & recentioris aeui ex-

4empla aliqua terræ motuum maxime memorabilium, cum circumstantiis suis, in medium producantur. An universali aliquando contigerit terræ motus, non potest ex historicis documentis definiri, quamvis Hieronymus terræ motus per totum orbem facti faciat mentionem (c). Cui adstipulatur Ammianus Marcellinus (d) qui tempore Imperantibus Valentiniiani I. horrendos tremores per omnem orbis ambitum gravatos esse subito contendit, quales nec fabulae nec veridice antiquitates exponunt. Eusebius quoque illum, qui tempore passionis Christi contigit terræ motum pro universaliter venditat; cum in Bithynia etiam fuerit observata. Particularium vero terræ motuum innumera existant exempla. Fit jam apud antiquos, Strabonem, Plinium, Ovidium, Senecam, & alios, freqvens illarum mentio. Ita Posidonius apud Strabonem (e) refert, in Phœnicia urbem non procul Sidone sitam, fuisse terræ motu absorbam, Sidonis etiam fere binas tertias partes fuisse eidem voragini

(c) In chronico ad A. C. 368.

(d) Libr. XXVI. c. 14. (e) Libr. I.

ragini immersas, non tamen simul & uno mo-
mento, sed pedetentum. Extendisse se hanc
terræ concussionem per integrum sere Syriam,
quamvis non eadem violentia, etiam ad insu-
las Cyclades & Eubœam; fontes Arethusa in
Chalcide illo tremore obturatos fuisse, & aliis
locis post plusculos dies erupisse. Quas statam
fuisse saepius insulam, donec in campo Lelan-
to hiaret terra, & flumen limi igniti evome-
ret. Plinius (f) auctor est, Tiberii Caesaris prin-
cipatu, maximum memoria mortalium extitisse
motum terræ, duodecim urbibus Asia una noe-
cte prostratis. Idem haec recenset circa terræ
motus phænomena, quod præcedat eos comi-
teturque terribilis sonus, vel murmur, pro qua-
litate materie excipientis, formaque vel cavernar-
rum, vel cuniculi, per quem meat; exilus gras-
fante in angusto, eodem rauco in recurvis resul-
tante, in auris fremente, in humidis fluctuan-
te, & stagnantibus; in puteis reddi aquam tur-
bidiorēm, nec sine odoris tadio. Varie qvati ter-
ram afferit, alibi prostratis moenibus, alibi hia-

tu

(f) L. II. c. LXXXIV. (i) p. 78. v. XII.

tu profundo haustis, alibi egestis molibus, alibi
emisis amnibus, nonnunquam etiam ignibus, ca-
lidisve fontibus; alibi averso fluminum cursu. In-
terdum remanere hiatum, ostendentem quæ for-
buit, alias occultiori ore compresso. Maritima
maxime quat, nec tamen montosa, ipsas Alpes
Apenninumque, tali malo carere. Autumno ac
verè terras crebrius moveri, sicut fuit fulmina,
item noctu sapientis quam interdiu. Maximos
motus existere matutinos, vespertinosque, propin-
qua luce crebros; interdiu autem circa meridiem.
Fieri etiam solis lunæque defectu, præcipue vero,
cum sequitur imbre astus, imbresue astum. Re-
cedere sepe per terræ motus maria, enasci no-
vas terras g insulas. Apud Ovidium
(h) legitur, quod terræ motu absorpta sit
Helice & Buris:

Si queras Helicen g Burin Achaidas urbes
Invenies sub aquis, g adhuc ostendere nautæ
Inclinata solent cum mœnibus oppida mersis.
Augustinus (i) testis est, in famolo quodam ter-
ræ

[g] L. II. c. LXXIX. seq. (h) Metamorph. LXV. v. 297. seq. (i) De miraculis Libr. II. c. 3

ra motu centum Libyæ urbes corruisse. Urbs Antiochia Traiani tempore fere tota evertetur, sub Justiniani imperio Año Christi 528, magnum incolarum numerum tremore terræ amisit, & transactis abinde 61 annis, adhuc majorem. Contigerunt vero jam olim terræ motus frequentius, in regionibus iis, qvæ adiacent ardentibus montibus, & sub eorum incendio. Ita dum Veluvio propior tactus Plinius periit, crebris vastisqve tremoribus tecta nutabant, & quasi emota sedibus suis, nunc huc nunc illuc abire, aut referri videbantur (k). Hinc regnum Neapolitanum frequentius cladem, concussione terræ, passa est, qvam aliae Europæ regiones. Aeneas Sylvius in literis ad Imperatorem Fridericum datis, refert, tum incredibilia damna fecisse terræ motum in Apulia, multa oppida funditus corruisse, alia magna ex parte collapta esse. Neapoli fere omnes ecclesiæ, & maxima palatial cecidisse, plus qvam triginta millia corpora ioppressa fuisse ruinis, populum omnem habitasse in tentoriis. Apud Cluverium mentio

(k) Plinii secundi epist. Libr. VI. c. XVI.

mentio fit terræ motus in Calabria, qvo A:o 1629. septendecim mille homines periisse feruntur. Alium tristissimum Calabriæ casum prolixè exponit *A. Kircherus* (*l*), dum per terræ motum tractus regionis ducentorum milliarium fuit vastatus, urbs St. Eufemia penitus eversa, ita ut ejus loco palus foetida emergerit. Ipse vero Kircherus tum præsens, dicit se primo adivisæ subterraneum tremorem & mugitum, percipisse odorem sulphureum, mare ipsum in aquæ bullientis morem fuisse agitatum, cœlo tamen silente & claro.

§. II.

NEque novus orbis a clade illa, quam veteri sæpius attulerunt terræ motus, est immunis. Ita *Josephus de acosta* (*m*) terræ motuum in America variorum meminit, fieri has asserit plerumqve ad littora, aliquando ad Chile ad Quito, per spatum quingentorum milliarium, ordine continuatas semet exceptisse concussions. Loca vero in quibus plures adfunt

(*l*) In præf. ad mundum subterraneum.

(*m*) Historie naturael van Westindien het 3. bæck, bet 26. cap.

9

sunt putei, terræ motui minus obnoxia afferit.
Apud Rajum (n) prolixa occurrit historia ter-
ræ motus, qvi A:o 1692. d. 17. Junii in In-
sula Jamaica, domos & agros devastavit, mon-
tes disrupt & complanavit, sed prælertim me-
tropolin ejus portum Regium, *Port Royal*, tere-
totam deglutivit. Dies vero tum erat serenus
& tranquillus, nullaqve mali imminentis omina
præcesserunt, trium autem minutorum tempo-
re, hora diei lesqvi duodecima, illa colluvies
malorum evenit. In actis Anglicanis (o) re-
cenſentur terræ motus, qvi novam Angliam,
postqvam Angli ibi sedes fixerunt, vastarunt.
Terræ motus A:o 1638. d. 2. Junii annuncia-
batur furdo murmure, qvod audiebatur tan-
qvam tonitru e longinqvo, oriebatur in le-
ptentrione, & tendebat meridiem versus. Ap-
proximante sono motus terræ augebatur, ita
ut demum tecta, & domos concuteret. Illam,
qvæ 1727. d. 29. Octobr. ibidem contigit ter-

B

(n) Drey Physico Theologische betrachtungen
p. 464. seqq.
(o) Transactions philosophiques, année 1735. p.
74. seq.

ræ commotionem, præcessit longa & ingens siccitas, qvam exceperunt frigus & pluviae abundantes, sonus quoqve quassationi proportionatus eandem immediate anteibat. In puteo 36 pedum profunditatis, aqua limpida, tribus ante terræ motum diebus, colore lacteo, & odore tetrorem inficiebatur, qvi septimo die post terræ motum, naturalem dulcedinem & claritatem recepit. Aliorum fontium aqua vel imminuebatur, vel plane disparuit. Mox post terræ motum odor sulphureus, fœtidus, aëri immiscebatur. 150. millaria hic terræ motus transiisse dicitur, & nonnullis a meridie, aliis a septentrione visus est ortum duxisse. Hujus etiam anni novellæ publicæ d. 29. Maii, Madrito nunciarunt, Peruviam forti terræ motu concurram, & metropolim ejus Limam funditus deletam, cum quinque millionum hominum internecone. In Europa etiam recentiori ætate, haud raro in variis locis terræ motus evenerunt. Sub initio nimirum hujus saeculi Romæ, & per totam fere Italiam. 1728. vero non Italæ modo superior pars, verum Alsatia etiam, Helvetia, Franconiaqve, terræ motu quassabantur.

11

1732 regio Neapolitana, & 1735. Cyprus insula, nec facile aliquis transit annus, qvin alii cubi factos ejusmodi tremores, fama publica nuntiet. In zona torrida & temperata calidiori freqventiores sunt, in frigidis regionibus rarius contingunt. Ita terræ motus in Polonia, sedente Casimiro rege, accidit. Nec Galliam, Angliam, Bataviam, Germaniam hujus stragis plane esse expertes, testantur monumenta historica. In collectaneis *Hiernii* (p) variorum reperiuntur de terræ tremoribus, tam in Norvagia quam Sveciæ diversis locis, narrationes. De quodam in Fennia terræ motu, facto 1626. ita canit *Meßenius* (q):

Här näst wil jag underlig ting
Skrifwa/ som är then jordbäfning /
Han genom hela Finland gick /
En udd allenast skada fick
I Socknen Ijo / och then wandt /
Så han hisligen nedersandt.
Uhr diupa vatnet shnes op /
Ej mehr / än the höga tråns topp.

B2

Ef.

(p) p. 156. seq.

(q) In Chronico Fennie manuscripto.

Efter jordbåfning aldrig gott
Kommer / så är ock om then spåt.

In hac ecclesia Ioeni Botniæ orientalis, solo natali meo, 1739. d. 25 Apr. sensibilem terræ tremorem ipse cum multis aliis in flaminia expertus sum. Erat vero tum cœlum serenum & tranquillum. Ferebatur autem motus, velut ventus quidam subterraneus, a septentrio- ne versus meridiem. In rei fidem Pastoris & Sacellani ecclesiæ testimonium addere lubet. *

* Uti Österbotn och Ijo Sochn / timade åhr 1739. den 25. Aprilis, kl. ohngefär 3. eller 4. ester middagen / under ett hedersamt samqväm på prästegården/ en jordbåfning af den kraft / at icke allenast de utetvarande fånt en märckelig jordens / och deraf deras egen rörelse / utan ock de inne i hans sittande och stående / åtven ett stort husets och des in- nandomes stakande. Hvilket alt gaf det närtvär- rande folket anledning / at med särdeles up- märksamhet och wördnad/ anse sådant för nå- got sonnerligt / ock för det / det samma i virklet war. Likaledes påminner man sig / åhr.

EX his & aliis de terræ motibus narratio-
nibus apparet, illos quidem in omni fe-
re orbis loco contigisse, & quacunqve anni
tempestate, tam noctu, quam interdiu, non
tamen semper & ubique, uno eodemque mo-
do, se habere, sed respectu phænomenorum
& effectuum multum variare. Ita illas aliquan-
do antecedunt & comitantur fragores & mu-
gitus, meteoraqve varia, obnubilatur sol, tur-
bantur fontes & aquæ; interdum autem ma-
li signa nulla prævia sunt. Durant nonnun-
quam

åhr 1737. den 27. Sept. efter mid. en lika hån-
delse hoos os wara inträffad. Hvilket här-
med betyges / Ijo den 20. Decembr. 1746.

Gust. Fabricius.

Jac. Elfving.

*De hoe posteriori loco nominato terre motu,
agit fortassis etiam seqvens Prætoris territorialis
narratio :*

Ehurnwähl undertecknad ei kan förvarfo er-
hindra sig siflstra tiden / likwähl påminner sig/
at ongesarl åhr 1737. om höste tiden / en

quam brevissime, & unico vel paucis pulsibus finiuntur; aliquando per longiorem temporis moram, per intervalla tamen, continuantur. Nonnullæ terræ quam vassationes, locum unum afficiunt, aliæ ad plura millaria extenduntur. Aliquando dehinc terra, & eru-

Etat

eftermiddag / då jag allena på Lands Cancelli-
et Korsholm vid Wasa / såsom då varande
Cancellist, expedierade de mig ålliggande syslor;
förmärkte jag / thet siefwa bygningen så
starcft stakades / at så wähl fönstren i väg-
garne skallrade / som och musslen af mellan ta-
ket i stor ymnighet nedersöll; hvor af man
kunde märckia / det Skaparens stora mackt
wid detta tilfället war järdeles märckwårdig/
ehuru samma dag war ett stilla väder. Straxt
derefter hade man åfwen tidning eller verättel-
se norr ifrån / at därstädes på några orter
åfwen sljuk jordbäfning / och jordenes rörelse/
dehls mehr och dehls mindre / blifvit anmärkt:
Sådant wärder uppå begiåran härmad inty-
gat. Ijo Sockns Prästegård den 19. Decembr.
1746. Chr. Zimmerman.

15

Etat vel flamas, vel fumosas exhalationes, vapores & ventos, interdum nuda sentitur concussio, qvæ vel tremore, vel pulsu, vel inclinatione & arietatione agit. Respectu harum in terræ motibus diversitatum, nonnulli de iisdem dividendis, & ad certas classes redigendis, fuere solliciti. Ita Ammianus Marcellinus (r) quatuor constituit terræ motuum species: *climatias, brasmatias, chasmatias & mycematias.* Varias etiam recentent Aristoteles (s) & Seneca (t) illorum differentias, tremoris, inclinatoris, successoris, raptoris, projectoris, subversoris, mugitoris, & aliis nominibus insigniendas. Inutiles tamen sunt illæ divisiones, cum sint ex solis accidentibus, & mere contingentibus desumptæ.

G. IV.

AD caussas recensitorum hactenus terræ motus effectuum reddendas jam properamus. Sunt autem multæ hac de re fabulæ; utpote

est non satis rectius mobi insuper (w)

(r) *Libr. XVII.* (s) *Libr. de mundo C. IV.*

(t) *Nat. quest. Libr. VI. C. XXI.* coos. q. 1. à mortuorum ardore solida

dum J. B. Helmontius (u) terram toties tremere & pavere, surdumque edere tonum afferit, quoties angelus Domini batillo supernaturali eandem concutit. Ita Cicogna & Bodinus heic abs. que necessitate superstitionis fuere, dum is de monibus subterraneis, hic vero geniis motoribus hoc adscripsit. Verum his immorari non vacat. Sed nobis id datum est negotii, ut ostendamus, vim aliquam naturalem terrae esse inclusam, quae versus superiora nititur, & hos effectus producit; causae etiam erunt evolventes, quae ad terrae motus producendos sufficiunt. Ut vero in his eo felicius versemur, lubet pauca, de globi terraqvei interna structura, differere. Terram statuimus non esse exacte solidam, sed sub crusta innumeras cavernas & cryptas habere. Confirmant hoc assertum nostrum meatus subterranei plurimi & antra, quorum apud auctores fit mentio. In his vero cavernae sub montibus Andium in America tantæ esse perhibentur, ut integras regiones adæquent. (w) Probant idem præter alia montes igni-

(u) operum ejus p. m. 100. seq. [w] Sturmii philosophia ecclesiastica t. I. p. 560.

ignivomi, qvibus longi subterranei meatus sub-
jacent, qviqve insignem materiæ ardantis copi-
am sæpius evomunt. Ita Ætna, unica eructatio-
ne, tantam ardantis materiæ vim emisisse per-
hibetur, ut, si illa conciperetur trium pedum
latitudinis & altitudinis, qvater posset igneus
ille fluvius integro orbi circumduci (x). Ca-
vernæ autem has subterraneas non vacuas di-
cimus, sed pars illarum aquis est repleta, in
nonnullis aer hospitium habet, pars alia sale,
nitro, bitumine, sulphure, aliisqve mineris, &
ex iis ortis vaporibus & exhalationibus, referta
& circumdata est. Alibi vero majori, alibi
minori ejusmodi materiarum eopia turgent ter-
ræ viscera. Præterim magnus rerum in-
flammabilium adest proventus, in iis locis,
qvæ terræ motibus maxime sunt exposita. Ita
univerla fere Italia sulphure, bitumine & carbonis-
bus scatet. Alibi etiam, ubi eungve adiunt
montes ignivomi, & terræ motus frequentissi-
me eveniunt, adiunt etiam inflammabilium
mineralium thesauri.

C

§. V.

(x) *Rajus L. C. p. 29.*

EXeunt ex his ipsis corporibus continuæ exhalationes, eæque interdum ita copioſæ, ut accumulentur in terræ visceribus. Est hic officina naturæ chemica, ubi ex omni specie corporum partes & producta adiunt, & ubi, qvidquid arte effici potest, & multo plura, qvam ad qvæ humanum pertingere valet artificium, perficiuntur. Confirmant hoc plurimæ obſervationes. Ut alias jam intactas relinqvamus, in fodinis Lithantracum Anglicis (y) varijs generis halitus reperiuntur, qvæ vel candelas extinguunt, vel foſſores ſuffocant, vel in conuſiones eos conjiciunt, vel etiam, qvæ admota flamma mox ignem concipiunt, & omnia ſtupendis viribus diſſiciunt. Poſſunt exhalationes hæ variis modiis ſub terra calefieri & accendi, qvod alii aliisq; experimentis comprobauit physici. Per attritum & collisionem corporum ſolidorum, qvis necit ignem poſſe produci? Ex pernici etiam & celerrimo motu calor & fervor excitantur. Ita globus e ferro ſolido

solido, hyeme ex balista emissus, quamvis mi-
 nuto secundo 600. pedum iter faciat, & qvo-
 vis momento per contactum frigidi aëris aliquid
 caloris amittat, decidens tamen totus fervet.
 Quem calorem possidet non e flamma pulve-
 ris pyrii, ad quam tempulculo fere insensibili
 morabatur; sed ab attritu continuo aëris, per
 quem ferebatur. Vegetabilia semiesiccata in
 acervos congesta, in locis præcipue occlusis,
 calorem & ignem concipere omnes norunt.
 Pyritas, quæ maxima copia ubique adsunt, no-
 vimus admisso humore æstuare, caloremque, &
 aliquando flammarum, in iis produci, copioseque
 exhalare odorem sulphureum. Ex commixtione va-
 riarum materiarum calor quoque & ignis excita-
 tur. Ita dum oleum vitrioli, aqua & limatura mar-
 tis vitro angusti colli immittuntur, in solutione
 ferri, quam operatur oleum, calor oritur.
 Congregantur exhalationes, nebulæ albæ spe-
 cie, supra aquam, qui aerem ita elasticum
 reddunt, ut obturato vase, cum sonitu ingen-
 ti illud disrumpatur. Si autem digito tantum
 per brevem temporis moram obtegatur ejus o-
 rificium, exhalationes, remoto digito, & ad-

plicata candela, mox accenduntur, & cum
fragore in vitrum deorsum tendit flamma. Ita
etiam, aquæ, sulphuris & ferri mixtura, calor
& flamma possunt produci. Halitum vero ho-
rum succensorum vis ad terram concutiendam,
inde apparet, quod si æquales horum partes,
in majori quantitate, ad 50. libras & ultra, in-
ter se permisceantur, & in vase æneo com-
pressæ ac linteamine obductæ in terram defo-
diantur, oritur calor, & post 8. vel novem
horas elevatur & concutitur terra injecta, ri-
mas agit, egrediuntur vapores calidi & sulphi-
rei, tandemque flammæ erumpunt; pulvis
vero niger undiqueaque disseminatur. Dum i-
taque concipiuntur exhalationes ejusmodi, in
terræ antris congregari, calcificari & accendi,
inde aeris elasticitas accrescit. Novimus, hu-
jus vim expansivam augeri, & incrementis ca-
lorum manere proportionalem. Ita observavit
Musschenbrækius, aëre frigido hyberno calori
aque ebullientis exposito, augeri ejus elasticita-
tem tertia sui parte, adeoque tertia parte ma-
jus spatium requirere. Qvarunt itaque halitus
hi subterranei exitum, siq; is per montium aper-
turam

turas pateat, magna vehementia inde erumpunt. Sunt itaque vulcanii montes pro beneficio potius naturæ, quam pro poena habendi. Hi enim spiracula sunt, & quasi camini, per quos ignitis his exhalationibus patet liber exitus. Dum vero illis in angustias inclusis hæc non patet via, exitum undiqueque querunt, per fontes, fluviorum scaturientes, & canales quoslibet; si vero nullum invenerint, sibimet ipsi parant, tanto læpe cum impetu, ut rimas agant, & perfringantur superiacentia terræ strata, quæ inde ruinam aliquando patiuntur, & submerguntur, postquam fundamenta eorum, hac quassatione, quasi per cuniculos, suffossa sunt. Potest per cuniculos artificiales illustrari hoc negotium. In his cameram parant Martiales architecti, impletam pulvere pyro, ex nitro saltim, sulphure & carbonibus composto. Hæc massa pulveris accensa tantum edit effectum, ut nihil tam firmum sit, quod non, idu oculi, cum fragore ingenti prosternat subterraneus hic Martis furor. Quid exspectandum erit a copia & multitudine exhalationum combustibilium in terræ gremio? Utpote ve-

ro pulvis pyrius in cuniculo, dum debilis est, aut camera male clausa, terram tantum qvas-
sat, ita dum pauciores, & debiles sunt hi
halitus, vel nimio superjacentis terræ ponde-
re & firmitate, qvasi suffocantur, minores e-
dunt effectus, & fornicem tantum concutiunt,

§. VI.

NEque ad productionem terræ motuum re-
qviri semper ignem, & exhalationum
acceptionem, sed sufficere solum calorem, is
facile concedet, qvi vaporum & aëris semet
expandendi vim non ignorat. Ita ostendit *Mas-
riottus* (2), aërem solum fulmine propulsum,
eumqve celerrime insecutum lapides & tecta e-
movere, aliosqve stupendos effectus edere pos-
se. Potest itaqve absqve aliquorum, de igne
centrali, pyrophylaciis, & canalibus pyrago-
gis, hypothesibus aut fabulis, hic exponi na-
turæ effectus. Qvanta vero aëreæ elasticitatis
igne excitatæ sit efficacia, ostendit ignis ex
furno excurrens, *lupus*, cujus exemplum me-
morabile, qvod Vratislavæ contigit, inter alios
mul-

(2) in tractat. de percusione p. 2. p. 246.

23

multos, producit *Vincklerus* (aa). Osten-
dunt idem *Fr. Hoffmanni* de balsami sulphuris
terebinthinati explosione, observatio; & *Rich-
teri* historia de victore novo dolo spiritum vi-
ni dephlegmati injiciente, & incendente; vu-
de, occlusis vasis foraminibus, tantus orie-
batur fragor, ut vicini terræ motum crede-
rent; qvæ ibidem legi possunt. Cumqve ex-
halationum illarum, sulphurearum præcipue
& salinarum, qvarum accensio in aëre ful-
men & tonitru producit, patria sit tellus ipsa,
easqve has inflammabiles halitus exspiret, fa-
cile appareat, fulmen & tonitru in aëre, &
terræ motum subterraneum, easdem sap-
agnoscere caussas, esseqve terræ motum toni-
tru qvoddam subterraneum. Dum nimirum ab
adscensu prohibentur hæ ipsæ exhalationes, in
terræ visceribus easdem ludunt tragœdias, qvas
in aëre fulminea flamma; easqve in terra eo
majores, quo arctioribus & durioribus in cry-
ptis subterraneis concluduntur cancellis. Hinc
dum harum exhalationum una pars terræ mo-
tum.

tum producit; altera vero pandit sibi liberum in aërem exitum, inseqvitur aliquando terræ tremorem mox tonitru & fulgur. Memorable hoc in negotio est exemplum, qvod observavit Mag. *Vassenius*, dum nimirum 1729. d. 30. octobr. hora 7 $\frac{1}{2}$ matutina, in Halländia, Bahusia, & Vestgothia motus terræ audiiebatur, qvod hunc exceperint hora nona cum dimidia crebra in Hallandia fulgura & fulmina (bb). Observatu & illud circa præsentem materiam dignum est, esse terræ motum inter paucissima illa naturæ phænomena, in qvorum caussis reddendis antiqui, & ipse jam Aristoteles, non longe a veritate aberrarunt. Ita enim sententiam, circa cauillam terræ motuum, eorumque cum fulminibus cognitionem exprimit: οὐσίας δὲ Φαιμέν, τὴν αὐτὴν εἶναι Φύσιν μήδης γῆς ἀνεμον, εν δὲ τῇ γῇ σπισμὸν, καὶ εν τοῖς νέφεσ θρονήν, αναθυμάσιν ξηράν (cc). h. c. nos autem dicimus, ejusdem naturæ esse super terram quidem ventum, in terræ vero concussionem, ♂ in nubibus.

(bb) Conf. disp. Ups. de causa ♂ effectus fulminis. (cc) Libr. II. meteoror. sub finem.

bus tonitru, scilicet exhalationem siccām. Hęs exhalationes siccas intra viscera terrae conclusas, in terrae motu exitum moliri, in sequentibus docet; cujus vero sint naturae, & unde impetum nocte, non potuit exponere. Qvod temporibus potius, quibus vixit, quam philosopho, videtur imputandum; & de his aliisque veterum opinioribus cum Seneca, qui & ipse haud contemnendam operam, in terrae motuum indole indaganda, collocavit, sit judicandum: et si parum exacte & rudes sint, cum excusatione tamen eos audiendos esse, & si quid inventum est, iis nibilo minus referri debere (ad).

§. VII.

DOtest magnitudo terrae motus ex cognita natura & multitudine materiae se expandentis, vi ejus & celeritate motus, nec non cryptarum subterranciarum soliditate, magnitudine, figura, situ & anastomosis determinari. Sed cum hęc pleraque nos lateant, & posteriori ab effectibus terrae motuum ad causas eorum, harumque agendi vim, erit concludendum, possunt vero ex hac tenus dictis ra-

D

tiones

tiones phænomenorum heic occurrentium reddi. Ita, dum fornicis incumbentis laxior compages, expandendibus se halibus subterraneis effugium concedit, vel nulla, vel levis evenit succusso; ubi vero compactius solum, maiores & crebriores sunt impetus. Reperit tum materia se expandens resistentiam, adeoque in terram injectam, eam elevando, agit; reprimit vero terra pondere suo, donec materia expansa novas colligat vires, novamque producat succussionem. Cum vero data quavis porta ruant hi halitus, non mirum est, quod aquas & fontes vicinos calefaciant, turbulentos & foetidos reddant, terramque & aerem aliquando inficiant, dum noxii sunt; unde intelligi potest, cur aves & animalia ejusmodi loca aliquando evitent, quodque possit terræ motus morbos producere, aut terræ sterilitatem. Non tamen ideo terræ motus omnes in futurorum malorum omina cum Plinio (ee) sunt trahenda, multo minus credendum, quod a caussis physicis non dependentes mutationes, utpo.

ut pote bella, seditiones, &c. portendant. Redunt etiam pingvioris & salinæ materiæ eruptione, terras aliquando fœcundas, & *Hecla* frigidissimam Islandiam intestino calore fover, habitationique aptam reddit. Qvod impulsum in terræ quassatione sint variæ generis, per longius & brevius spatiū, & in diversa directione a diversis observatoribus sentiantur, id a situ & magnitudine diversa cuniculorum pendet, qvi non formant lineas rectas continuas, sed variæ obliquitatis. Cum autem cavernæ hæ subterraneæ non possint concipi per omnem globi terraqve molem se extendere, neque terræ motus universalis videtur facile timendus. Sonus, qvi præcedit & comitatur terræ tremores, ejusqve diversitas, vel a lapsu & ruina rerum subterranearum est, vel ab aëris expansi motu, & allisione ad obstacula varia, vel ab incendio halituum congregatorum, præcipue salino sulphureorum, qvi speciem quandam pulveris pyrii, & materiæ tonantis constituant. Cumqve in loco clauso excitetur hic sonus, singularem & lugubrem plerumqve edit planctum. Adeisse vero magnam sulphurea-

rum exhalationum in terræ motu cepiam; inde colligitur, quod odor sulphureus plerumque tum sentiatur, locaque sulphuris divitiae huic tremori maxime sint exposita. Ita observavit in montibus ardentibus Ischirnhausius ditissimas sulphuris mineras, observavit in antris eorum & odorem & exhalationem sulphuream, quæ, admota manu, calida deprehendebatur, & unde puri flores sulphuris lapidibus adhaerebant. Eadem etiam non videtur improbabile, aliquo modo posse effici, ut in posterum hi montes non sint tantam edituri stragem, si modo magna hominum multiudo, in sulphureis venis destruendis effodiendisque, multum occupata foret (ff) Dum calorem intensem sequuntur vel procellæ, vel pluvias, vel frigus, observatae sape sunt evenisse terræ commotiones; occluduntur enim his caussis pori terræ, & ab ascensu prohibentur exhalationes. In maritimis & montosis regionibus saepius observantur tremores terræ, quam in mediterraneis & locis depressis. Nam per fluctuum marino-

rum

(ff) Medicina mentis p. II. p. m. 150. lqq.

rum accessum recessumqve vehementem excitatur motus aëris subterranei inæqualis & impetuofus; ut taceam, posse pinguedinem & saltem maris haud parum ad motus terreni ortum conferre. In montibus vero cavitates plures & maiores, qvam alibi, sunt, inflammabilium etiam ingens copia. Dum intemiscit aliquva terræ pars, non autem disrumpitur, non mirum est, res in superficie, præsertim altiores, simul vel percuti, vel subrui. Dum vero non resistere impulsibus vehementioribus superincumbens terra valet, susqve deqve vertitur, & in barathrum absorbetur. Occupatum ejus locum plerumqve aqua, cujus in gurgitibus subterraneis non deest copia, & tum pristini aquarum ductus simul obturantur. Videlur vero ac si recederet mare, dum in factas prope ripas ejus voragine ingreditur. Si autem ejectæ ex subterraneis cavernis terrarum moles in solidum fundum incident, possunt colles formare, vel in mari insulas novas. Subterræ motu emicant aliquando flammæ, aliquando non, & in hoc casu vel nondum furex accenæ exhalationes, vel a terræ ruinis,

ss. 2 Vigoridotti (aut)

aut aquis iam suffocatae sunt. Intercedit plerumque mora satis diutina inter terræ motus, quæ opus est ad colligendam novam materiam, & halituum cumulum. Reliquorum terræ motus effectuum caussas investigare proposita brevitas, & rerum mearum habitus impedit. Fuerere quidem, ut & hoc in transitu moneamus, aliqui, qui Democrito duce, aquis subterraneis terræ motus adscripterunt, quod nimis vio- lenti lapsu earum in cavernas, tremor aliquis posset excitari rerum impositorum. Ut pote vero aquæ hæ ad solvenda pleraque terræ motuum phænomena neutriqvam sufficiunt, ita non negamus, posse vi aquarum interiora ter- ræ ita excavari, ut superiora desideant. Exempla exotica suppeditant *Læserus* (gg) & alii. Nec desunt domestica. In patria enim mea Ostrobotnia fluvii ingentes terrarum tractus paulatim, quasi cuniculis actis, suffodiunt, ut in profluentem aquam cadant. Fit vero hæc ruina plerumque hyeme, dum maxime fævit frigus. In Parœcia præsertim Ilmola, ad vil- lam

31

Iam Havulesa videri possunt ejusmodi terræ la-
plus ruderæ; quam etiam villam tam constans
fert olim totam in profluentem fuisse præcipi-
tem datam.

§. VIII.

Cum omnis geocosmi pars, ad culturam
& inhabitacionem apta, oleofis, sulphu-
reis, bituminosis, nitrofis, aliisque, ad con-
cipiendum calorem & ignem, maxime aptis ma-
teriis constare debeat, ita quoque subpolaris
hæc regio iisdem abundat, quibus etiam ob-
trigoris vehementiam, quam maxime opus ha-
bemus. Huc quoque accedit, quod Svecia,
Finnia, & Norvegia, aquis marinis sunt tere-
circumdatæ, quæ aquæ, tam salzedinem, quam
oleositatem, terræ per fistulas subterraneas com-
municant. Utpote vero nostra maria non tan-
ta gaudent salis & pinguedinis copia, ac illa,
quæ calidiores regiones alluunt: Ita sunt etiam
alii causæ, cur rarius apud nos, quam ibi,
terræ motus contingant. Partes terram no-
stram constituentes invenimus plerumque esse
solidiores & compactiores, nec tam caver-
nosas, ac illas, quæ mitiori subjacent cœlo:

Stra-

Strata terræ nostra plerumqve vel arenosa, vel argillacea sunt, hinc exhalationes interno telluris calore, qvi etiam apud nos minor est, qvam regionum magis soli expositarum, rarefactas, sensim & paulatim sine aliquo resistentia transmittunt. Sunt quidem alicubi montes & lapidea strata, sed ita compacta, ut nulla vel pauca antra, terræ motum producentium materiarum collectioni, in iis inveniantur. Sed ut hæc jugap & montes pauci respectu planitiei sunt, ita hujus maxima pars argillosa est, qvæ terræ species ob suam limositatem, in soliditatem concrescit, nec cavernas facile admittit, nam arcto inter se nexus ejus partculæ cohærent. Hoc ipsum fuit in causa, qvod Ægyptum a terræ motibus liberam esse tradant antiqui, nempe qvod ex limo tota concreverit. Turbidus enim Nilus multum secum limum trahens, & eum subinde apponens prioribus terris, Ægyptum annuo incremento semper ultra tulit, unde nulla intervallo in se haberet, sed crevisset in solidum, accrescente limo (hh). Certe rarissimas ibi esse

(hh) Seneca nat. quæst. Libr. VI. s. 26.

terræ concussions, etiam posterior docuit ~~x-~~
 tas. Præterea, licet terra hæc, quam habita-
 mus, abundet pyritis & sulphure, saxe ta-
 men durissimo ita involutum hoc est, ut nun-
 quam sponte per aërem, aut humorem, ca-
 lorem & ignem concipiat, nisi unctionis præ-
 cesserit vehemens gradus. Frigus etiam nostrum
 compactas & densas reddit terræ partes. Vel
 ex his ergo jam patet, in terræ nostræ stru-
 ctura latere rationem, cur raro terræ motus,
 eosq; debiles, experiatur. Motus quoque ver-
 tiginis terræ diurnus, & differentia illa, qvæ
 inter vim centrifugam & centripetam juxta ~~x-~~
 quatorem & polares partes deprehenditur, pot-
 est etiam heic in censum venire. Terra enim
 ad æqvatorem, ubi ejus peripheria est maxi-
 ma, majori vi movetur, quam propius ad
 polos, ubi circuli paralleli paulatim decrescunt.
 Hinc est magis quiescens & compactior terra
 in confinio polorum, nec tot cryptis cavernis-
 que subterraneis referta, ac geocosmi pars cir-
 ca æqvatorem. An vero e terræ tremoribus
 possint peti argumenta, ad probandum motum
 terræ diurnum, quod contendit Franc. Irava-

ginus, se nimis in motu terræ Ragusiano
observasse phænomena, absqve motu verti-
ginis terræ non explicabilia, id in medio re-
linquimus. Conjectura hæc est, de cuius veri-
tate demum ex pluribus observationibus judica-
cio poterit.

S. D. G.



Min Ålkelige Kjære Broder.

Å Du min Bror Dig tagit för de lärdas hop at föllas
Åt öpna Dig en widan dörr til wishet, som sig dölja
Ei kan sör en sin ålskare; Men plår fördolder blifwa
För en wårdslösan hatare, som mödan spar at klistwa;
Wor' väl min ömma kärleks drist, at gie på blancka blader
Om faken en wål streswen skrifft, Om Dig wälmenta rader.
Men olårdt huswud, olård hand, de plå sig sielse rata:
En, som har knapast stådt på strand, kan ei med sidmän prata,
Jag finner doch, det åmnet ju är af stor wigt och wärde,
Som Du, min Bror, betrachtar nu med och ibland de lärde.
Jordbåsning et Guds almachts wärck, Et under i naturen,
Hwarmed Gud synes sâja: märck, Du syndare bland diuren,
Gur latt din häst, du rider på, din jord, dig kan afkasta,
Om han dertil mitt los tör få: du må til båttring hasta.
Ett wärck, som wål och har sin grund i jordens varma skiole;
Men i Guds hand är jorde rund, och alt ehvad os möter.
Wål den, Guds nåds och almachts wärck betrachtar så at åhra
Oss Gud, och bed: mig lär och stärck, at både fier och nära
Af dina wärck rått kiänna dig, sör dina wärck dig fruchta:
Derhos at åswoen kiänna mig sör den, du nødgas tuchta!
Har Du, min Bror, en ålskare af wijsheit, trådt på wägen,
Så wärdes Gud sin nåd betee! latt Dig ei bli förlagen!
Har Du Dit första prosive arck om Jorde-båsning skrifvit
Med helig wördnad, båswan stærck, Almachten åhran gifvit;
Så skal almackten swycka Dig, Wijsheten leda, lönja;
Godheten ymnig wiſa sig, och åhran pryda, kröna.
Sidst ønskar jag Dig lycka til alt hwad Du företager!
Din framgång framje Gud, som wil, som kan, som alt wål
lagar!

ZACHARIAS BÄCK.